



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1857

XLL. Ein Vortrag Zwüschen dem Closter vnd der Statt, dy Möllen Zu Lichem vnd derselben Freiheit belangende, von herzog Heinrich zu Mekelnburk vffgerichtet.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54745](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54745)

Volgen etzliche briefe, das Clofter Himmelporth vnd die Stadt Lichem Belangende,
vnd Erstlich

LXX. Ein Vortrag Zwüfchen dem Clofter vnd der Statt, dy Möllen Zu Lichem vnd derselben Freiheit belangende, von herzog Heinrich zu Mekelnburk vffgerichtet.

Vniuersis Christi fidelibus, ad quos presens scriptum peruenerit, Hinricus, Dei gratia Dominus Magnopolensis et Stargardie, salutem in domino sempiternam. Tenore presentium recognitione publica protestamur, Nos inter honorabiles uiros Dominos Abbatem, Priorem totumque conuentum monasterii Celiporte ex una, et ciuitatem nostram Lychen parte ex altera, accedente partis utriusque consensu, discretioribus nostris militibus et consiliariis ad hoc iuuantibus, pro pace et concordia inter predictos conuentum et ciuitatem seruanda, in modum, qui sequitur, placitasse: Quod dicti fratres et conuentus Molendinum in presata ciuitate situm, ab omnibus uigiliis portarum et murorum, nocturnis et diurnis, pedestribus et equestribus, a uecturis, equitaturis et a singulis exactionibus et seruitiis ad ciuitatem pertinentibus, ad que ciuitas Vel aliquis ciuium nomine ciuitatis obligatur, cum his, que molendinum continet, quocunque censeatur nomine, libere et exemptum debeant simpliciter possidere. Idem etiam fratres in plena gaudeant fruitione arena, argilla ad structuram dicti Molendini, lignis quoque ciuitatis pro latitudine spatii et area molendini communiter distribuendis, sicut quouis ciuium utitur supradictis, cum facultate emendi et educendi uictualia ad usus suos necessarios, iumentorum suorum pariter et equorum. Preterea ipsis liceat, si opus fuerit, in profundo fluminis molendini ponere trabem, que theutonica lingua dicitur Grundbalke, sine cuiuslibet contradictione, Ita tamen, quod si ex tali positione periculum aliquod euenerit, cuiusque illatum fuerit, iuxta estimationem proborum uiuorum per ipsos fratres totaliter refundetur. Pro quibus his libertatibus sepedicti fratres sex fructorum et dimidii ac duorum solidorum redditus in Campo Cultryn, pro quadraginta et sex Marcis argenti ciuitati integraliter redemerunt; insuper fossatum ante ualnam Vorstenberg effodiendo sex pedibus in aquam profundum et uiginti latum ab uno litore ipsius aque ad aliud cum fluente, quod uulgariter dicitur Sluse, quod habeat duos asseres aquas emittentes, quorum unum esse debet sub custodia fratrum, Reliquum uero sub custodia ciuitatis, qui etiam asseres per sumptus fratrum comparentur. In cuius rei euidentis testimonium sigillum nostrum una cum Sigillo ciuitatis est appensum. Testes uero huius sunt dominus Vlricus Quaast, Albertus de Deuuitze, Wedeke de Plote et Boffo de Dolla et Vicko de Plothe et alii milites et quamplures communiter fide digni. Acta sunt hec et data sub anno domini M^o CCC^o XV^o, in die Ambrosii Episcopi, in ciuitate Nien Brandenburgk.

Auscultata et Collationata est hec presens Copia per me Erasmus Seidell, Notarium Publicum supradictum, et concordat cum suo uero originali integro et incorrupto de uerbo ad uerbum, quod attesto hoc meo Chyropho.